Similiter Matius. & Publicius vates ceciniſſe dicuntur, quo è genere Apollinis opera prolata sunt. Credo etiam antelius quosdam fuisse terrarum, quibus inflatae mentes oracula funderent. Atque hæc quidem à vatum ratio est: nec dissimilis sanè somniiorum. nam quæ vigilantibus accidunt variis, eadem nobis dormientibus. 3. *viges enim animus insomni, libertas, sensibus ab omni impeditione curat, jacente & mortuo paxne corpore.* Qui quia virit ab omni xiernitate, veritasq; est cum innumerabilibus animis, omnibus, quæ in natura rerum sunt, videt, si modo temperatuscmodicisq; potioribus ira est effectus, ut sopro corpore ipse vigile, hæc somniantis est divinatio. Hic magis quodam exoritur, neque ex naturalis, sed artificiosa somniiorum 4. *Antiphonis interpretatione: eodemq; modo & oraculorum, & vaticinationum, sunt enim explanatores, ut grammatici poëtarum.* Nam ut aurum, & argentum, &c, ferrum frusta natura divina genuiſſer, nisi eadem docuit, quemadmodum ad eorum venas pervenirent: nec frater hæc casive arborum cum utilitate illa generi humano dedisset, nisi earam cultus, & conditiones tradidisset, materialiter quid juaret, 6 nisi confectionis ejus fabricam haberemus? sic cum omni utilitate, quam dii hominibus dederunt, atq; aliqua conjuncta est, per quam illa utilitas percipi possit. Item igitur somniis, vaticinationibus, ocululis, quod erant multa obscura, multa ambigua, explanations adhibita sunt interpretum. Quo modo autem aut vates, aut somniantes ea videant, quæ nusquam etiam tunc sunt magna qualitio est. Sed explorata si sint ea, quæ ante quæri debent: sint hæc, quæ querimus, facilitiora, continet eam totam hanc questionem ex ratio, quæ est de natura deorum, quæ à te secundo libro explicata dilucide. Quam si obicitur, statim illud quidem, quod locum hunc continent de quo agimus. *ESS E D F O S, ET B O R U M P R O V I D E N T I A M U N D U M A D M I N I S T R A R I, E S D E M Q U E C O N S U L E R E R E B U S H U M A N I S, N E C S O L U M U N I V E R S I S, V E R U M E T I A M S I N G U L I S.* Hæc si tenemus, quæ mihi quidem non videatur posse concedi: profectō hominibus à diis futura significari necesse est. Sed distinguendum videtur, quoniam modo. Non placet Stoicis, singulis jecorum

fissis, aut avium cantibus interessere deum; neq; enim decorum est, nec diu dignum, nec fieri ullo pacto potest: sed ita à principio inchoatum esse mundum, ut certis rebus certa signa præcurrerent, alia in exitis, alia in avibus, alia in fulguribus, alia in ostentis, alia in stellis, alia in somniantium visis, alia in tacentium vocibus. Ea quibus bene percepta sunt, si non sepe falluntur. Malè conjecta, maleq; interpretata, falsa sunt, non rurum vita, sed interpretum insuffia. Hoc autem positio, atq; concessio, esse quandam vim divinam, hominum vitam continentem, non difficile est, quæ fieri certe videmus, ex qua rationes sunt, suspiciari. Nam & ad hostiam deligendam potest dux esse vis quædam sentiens, quæ est toto confusa mundo: & tum, ipsam cum immolare velis, extorum fieri mutatio potest, ut aut absit aliquid aut superfluit. paru enim momenū multa natura aera effingit aut mutat, aut derat: quod ne dubitare possimus, maximo est argumento, quod paulo ante interitum Cæsaris contigit: qui cum immolat illo die, quo primum in sella aurea sedat, & cum purpurea ueste processit, in exitis bovis opimior non fuit. Num igitur censes ullum animal, quod sanguinem habeat, sine corde esse posse? quæ ille rei novitate perculsus, cum Sputinna dicet, timendum esse, ne & confitum, & vita deficeret: carum enim rerum utrumq; à corde proficiat: postero die caput in jecore non fuit, quæ quidem illi portendebantur à diis immortalibus, ut videntur in teritum, non ut caveret. Cum igitur ex partes in exitis non reperiuntur, sine quibus victimæ illa vivere nequisset: intelligendum est, in ipso immolationis tempore eas patentes, quæ absint, interisse. Eademque efficit in avibus divina mens: ut tum hoc, tum illuc volent alites: tum in hac, tum in illa a parte occulent: tum à dextra, tum à sinistra parte canant officines. Nam si animal omne, ut vult, ita utrum mox sui corporis, prono, obliquo, supino, membraque quoconque vult flebit, contorquet, porrigit, contrahit; eaque ante efficit paxne, quam cogitat: quanto id deo est facilius, cuius numini parent omnia? Idemque mittit & signa nobis eius generis, qualia permulta historia tradidit: quale scriptum illud videmus: *siluna paulo ante solis ortum defecisset in signo leonis, fore, ut armis Darius, & Perse ab Alexandro, & Macedonibus prelio vincerentur, Darius que moreretur: &c, si puella nata biceps esset, seditionem in populo fore, corruptelam, & adulterium domi: &c, si mulier leonem peperisse visa esset, fore, ut ab exteris gentibus vinceretur ea resp. in qua id contigisset. Eiusdem autem generis etiam illud est, quod scribit Herodotus: Cœsi filium, cum esset infans, locutum: quo ostento regnum patri, & domum funditus concidisse. Caput arisse Ser. Tullio dormienti, quæ historia non prodidit?* Ut igitur, qui se tradet ita quieti, præparato animo cum bonis cogitationibus, tum rebus ad tranquillitatem accommodatis, certa & vera cernit in somnis: sic castus animus, purusque vigilans, & ad astrorum, & ad avium, reliquorumque signorum, & ad extorum veritatem est paratior. Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodq; ab ipso in libris Socraticorum sapientia dicitur: *esse divinum quidam, quod damnonum appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, læpe revocanti.* Et Socrates quidem: quæcum autem meliorem quærimus? Xenophonti consulenti, sequereturne Cyrum, postea quæcum expoluit, quæ sibi videbantur. *Et nostrum quidem, inquit, humanum est consilium;* sed de rebus & obscuris, & incertis ad Apollinens censor referendum: ad quem etiam Athenenses publice de majoribus rebus semper retulerunt. Scriptum est item, cùm Critonius

III. 2.

1. *Mulier à vaticinantibus sapientia predicit.* Codex S. Victoris interjectio amicorum & exensis, quod bene mutat in exensis noster. Gulielmus, ut verum Palat. contentiunt cum vulg.

2. *Vates raviscent.* Pal. pt. & Sec. verum.

3. *Vaticinam autem in somnis.* Vulgariter somnium, sed alterum hæret. le Pich & Pall. quartus.

4. *Antiphonis.* Sic Pall. exemplarique S. Victoris, expressisque

editione sua Victorius vulg. Antiphonis.

5. *Materiari quid ferunt.* Est ab editione Victorii, neque alicet Pall. præ aut sec. hecque etiam Pithœcanus vulg. materiæ deinde erit.

6. *Nisi confitit sive ejus fabricam.* Ita Pall. duo meliores, nam test. & quarti confessiones, quod invenit etiam in S. Victoris Gulielmus, & tantum non probat.

Ex. Pich

tonis, sui familiaris, oculum alligatum vidisset, quævisiste, quid esset. cum autem ille respondisset, in agro ambulanti tamulum adductum, ut remissus esset, in oculum recidisse: tum Socrates. Non enim parvisti mihi revocans, cum uterer, qua soleo, præfigitione divina. Idem etiam Socrates, cum apud Delium male pugnatus esset, Lachete prætore, fugeret; cum ipso Lachete: ut ventum est in trivium, eadem, quæ cetere fugere noluit. quibus quarantibus, cur non eadem via pergeret, deterteri se à deo dixit. tum quidem ii qui alia via fagerant, in hostium equitatum inciderunt. i Permuta collecta sunt ab Amipato, quæ mirabiliter à Socrate divinata sunt: quæ prætermittuntur, tibi enim nota sunt: mihi ad commemorandum non necessaria. Illud tamen eius philosophi magnificum, ac pñè divinū, quod, cum impiis sententiis damnatus esset, **ÆQUISSIMO ANTI**MO se dixit mori. neq; enim domo egredienti, neq; illud suggestum, in quo causam dixerat, adicentem, signum fibi ullum, quod consuevit, à deo, quasi mali aliquis impudentis, datum. Evidem sic arb. ror, etiam si multa fallant eos qui aut arte, aut conjectura divinare videantur, esse tamen divinationem: homines autem, ut in ceteris artibus, sic in hac pñse fallit. Potest accidere, ut aliquod signum dubie datum pro certo sit acceptum: potest aliquid latuisse aut ipsum, aut quod esset illi contrarium. mihi autem ad hoc, de quo dispuo, probandum satis est no modo plura, sed pauciora, divina præsentia, & prædicta reperiiri. Quis etiam hoc non dubitans dixerim: si unum aliquid ita sit prædictum, præfatumque, ut cum evenierit, ita cadat ut prædictum sit, neq; in eo quidquam casu. & fortius factum esse, appareat, esse certe divinationem, id est, omnibus confundum. Quocirca primum mihi videtur, ut Posidonius facit, à deo, de quo fatus dictum est, deinde à fato, deinde à natura, vis omnis divinandi, satisq; repetenda. Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. **Fatum** autē id appello, quod **Græci οὐρανόν**, id est, ordinem secundumque causarum, sum causæ causa nesa rem exfigerat, ea est ex ornari & tenacitate suæ veritas simpissima. Quod cum ita sit nihil est factum, quod non futurum fuerit, eodemq; modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficiunt, natura contineat. Ex quo intelligitur, ut futurum sit non id, quod superstitione sed id quod physice dicitur, causa eternæ rerum, cut & ea, quæ prætererunt, facta sint, & quæ instant, sicut, & quæ sequuntur. sutura sint, ita sit, ut & observatione notari possit, quæ res quamque causam plerumque consequatur, etiam si non semper, nam id quidem affirmare difficile est. **Easdemq;** causas verisimilem est rerum futurorum certi ab his, qui aut per **svrrogatas**, aut **in quiete** videant. Præterea cum ratio omnia hant (id quod alio loco ostendetur.) **2** **i** **Quis** mortalis possit esse, qui colligationem causarum omnium perspiciat animo, nihil cum profecto fallat, qui enim **teneat causas** rerum futurorum, idem necesse est omniate, quæ futura sint. Quod cum nemo facere, nisi deus, possit, relinquentur eit homini, ut signis quibusdam, consequentia declarantibus, futura prætentiant, non enim illa quæ futura sunt, subito existunt, sed est, quasi **rudens explicatio**, si traductio temporis nihil novi efficiens, & primam quidque replicans. Quod & ii vident, quibus naturalis divinatio data est: & ii, quibus cursus rerum observando noratus est, qui etiæ causas ipsas non cernunt, si gna tamen causarum, & notas cernunt: ad quas, adhibita **memoria**, & **diligentia**, ex monumentis superiorum efficitur ea divinatio, quæ artificiosa dicitur, extorum, fulgu-

rum, ostensorum, signorumque cœlestium. **3** Non est igitur, ut mirandum sit, ea praesentiri à divinantibus, quæ **nisi** quam **fint**, sunt enim omnia, sed tempore absunt. Atque **Vñ** **s e m i n i b u s** vis inest earum rerum, quæ ex iis progignuntur: sic in causis condita sunt res futura, quas esse futuras aut concitata mens, aut soluta somno, cernit; aut ratio, aut conjectura præsentit. Atque ut ii, qui solis & lunæ, reliquorumque siderum ortus, obitus, motusq; cognovint, quo quidq; tempore eorum futurum sit, multò anè **predicunt**: sic qui cursum rerum eventorumque consequentiam diutinutate pertractata notaverunt, aut semper, aut, si id difficil est, plerumque: quod si ne id quidem conceditur, nonnumquam certe, quid futurum sit, intelligunt. Atq; hæc quidem, & quædam hujusmodi argumenta, cur sit divinito, ducuntur à fato. A natura autem alia quædam ratio est: quæ docet, quanta sit animi vis sejuncta a corporis sensibus; quod maximè contingit aut dormientibus, aut mensa promotis. Ut enim deorum animi sine oculis, sine auribus, sine lingua sentiunt inter se, quid quisque sentiat: ex quo sit, ut homines, etiam cum taciti optent quid, aut vocant: non dubitant, quin di illud excludant: si animi hominum, cum aut **sonno solvi** vacant corpore, aut **mensa permanet** per se ipsi liberi incitati moventur, cernunt ea, quæ permitti cum corpore animi videre non possunt. Atq; hanc quidem rationem nature difficile est fortasse traducere ad id genus divinationis, quod ex arte profectum dicimus: sed tamen id quoq; rimatur quantum potest? Posidonius esse censet in natura signa quædam rerum futurorum. **4** **Vñ** enim Cœos accepimus orum canicula diligenter quotannis sole ferrare, conjecturamq; ea pere, ut scribit Ponticus Heracles, salubrisne, an pestilens annus futurus sit, nam si obscurior quoq; saliginosa stella exstiterit, pingue & concretum esse cœlum, ut ejus ad spiratio gravis & pestilens futura sit: si illustris & perlucida stella apparuerit, significati cœlum esse tenue, purumq;, & propterea salubre. Democritus autem censet sapienter instituisse veteres, ut hostiarum imitatorum inspicterent extra, quorum ex halœ atque ex colore tum salubritas, tum pestilenzia signa percipi, nonnumquam etiam quæ sit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura, quæ si à natura profecta, obseruatio, atque usus agnoverit, multa afficer potuit dies, quæ animadverendo notarentur: ut ille Pacuvianus, quiin Chrysostomus indicitor, minimè naturam rerum cognoscere videatur.

Nam isti, qui linguam avium intelligunt,
Plaque ex alieno jecore sapimus, quam ex suo:

Imagi audiendum, quād auscultandum coneo.

Cur quæto? cum ipse, paucis interpositis veribus, s dicitatis luculentè:

Quidquid est hoc, omnia animat, format, aliit, auges, creas,
Sepelit, receptique in se omnia: omniumque idem est pater,

6 Indidemque eadem, qua eruntur, de integris, aequo eodem occidunt.

Quid est igitur, cut, cum dominus sit omnium una, eaque communis, cumque animi hominum semper fuerint, fortisque sint, curii, quid ex quoque eveniat, & quid quamque rem significet, perspicere non possint? Hæc habui, inquit, de divinatione quæ dicere. Nunc ista testabor, non me fortulos, neque eos, qui quæstus causa harilentur: nec psychomantia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnosceret.

1 Non

1. *Prem. haec rebæ.* Sic legendum conjectit P. V. & lib. x Var. lect. 820. 7. recepit que Lambinus & Aldus nepos, nam prioros, coepit haec quod & omnibus nostris missi.

2. *Si quis mortalis posse esse, &c.* Mauduita editio Victoria, cui accedit P. Hoc liber, & quatuor Pali, & VVouvierianus, publicati, si quæ modæ in his pñs.

3. *Non si ergo non mirandum sit.* Tolle, ut, item sit, nihil tamen de hanc sententia.

4. *Ut enim Cœs, &c.* Possent deleri sine damno sententiae voces duæ priores, ut enim P. Manutius mutat: *Etenim Cœs. scripti nostri: hihi variant.*

5. *Dicas scilicet luculentè.* Vulgata lectio, dicas, sed alterum exstat in S. Victoria, in Pith. in pall. in edit. Victoria.

6. *Indidemque eadem quæ eruntur.* Galilæius castigat, *Indidemque, eademque eruntur.*

1 Non

1 Non habeo danique nauci Marsum augurem,
Non vicares haruspices non de circa astrologos,
Non Isacos consores, non iudicatores somnum.
2 Non enim sum si aut scientia, aut arte divini,
Sed superficiosa vates, impudente queharoli.
Aut inertes aut insani, aut quibus egestas imperat,
Qui sibi somnam non sapsunt alteri moribant viam :
Quis sibi somnam non sapsunt alteri moribant viam :
Quis d' vias se pollicens, ab iis drachmam ipse petunt.

De his divitis sibi deducant drachmam, reddant cetera.
Atque hac quidem Ennius, qui paucis ante veribus esse
dens centet, sed eos non curate opinatur, quid agit huma-
num genus. Ego autem, qui & curare arbitror, & monere
etiam ac multa praedicere, levitate, vanitate, malitia & ex-
clusa, divinationem probo. Quis cum dixisset Quintus,
Præclarè tu quidem, inquam, paratus.
Desunt pauca quadam.

1. Nihil habet nisi que nescit.) Sic quidem omnes edd. sed nostri mē-
tū, ea ad sedis faci.

2. Non enim sum si aut... &c.) Golielmio versus iste habebat non

versus, sed interlocutio quinti.
3. Exclusa d' vias somnam...) pall. omnes ut & vulgari & Victorio, exiles
sum divinationem, quod forte revocandum.

M. TULLII CICERONIS DE DIVINATIONE LIBER SECUNDVS.

SYNOPSIS.

Divinationem nullam sumi ex animalium extit, è fulguribus, ostentis, auspiciis, fortibus, vaticiniis furentum, somniis.

M. CICERO.

Q. CICERO.

QUOD VARENTI mihi, multumq; & diu cogitanti, quanam te possem prædicti quam plurimis, ne quando intermitterem consulere reip., null; major occurrerat, quam si optimarum artium vias tradiderem meis civibus : quod compluribus jam hinc me arbitror confectū. Nam & cohortati sumus, ut maximè potuimus, ad philosophia studium en libo qui est inscriptus Hortensius, & quod genus philosophandi minimus arrogans, maximè & constans, & elegans arbitramur quatuor Academicis libris ostendimus. Cumq; fundamentum esset philosophie positum in finibus bonorum, & malorum, per purgatum est is locus à nobis quinq; libris, ut quid à quoq; & quid contra quinque philosphorum dicetur, intelligi posset. Totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum, res ad beatè vivendum maximè nescias aperuerunt primus euim est de conuenientia morte: secundas de tolerando dolore: de ægritudine ieiunda testitus: quartus de rebus animi perturbationibus: quintus enim locum complexus est, qui totam philosophiam minime illustrat. docet enim, ad beatè vivendum, virtutem sapientiae contentam. Quibus rebus editis, tres libri perficie sunt de natura deorum: in quibus omnis ejus socius quiq; ab eo concurrit que ut plenè esset cumultatq; perfecta, de divinatione ingessi sumus his libris scribere quibus (ut est in animo) de fate si adjunxerimus, erit abunde satista factum hoc hinc questioni. Atque his libris annumerandi sunt sex de reip. quostunc triplimis, cum gubernacula reip. tenebamus, magnus locus philosophiaq; proprius à Platone, Aristotle, Theophrasto, totaque Peripateticorum familia tractatus ubertatem. Nam quid ego de Consolatione dicam? qui mihi quidem ipsi sane aliquantum medierat: certe iste non multum illam profuturam puto. Interjectus est etiam super liberis, quem ad nostrum Atticum de Senectute misimus, lo primisq; quoniam philosophia vir bonus efficiens, & form. Cato noster in horum librorum numero ponendus est. Cumque Aristotleles, itemque Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate, tum copia, cum philosophia distenderet etiam precepta conjunxerint, nostri quoq; oratores in eundem numerum referendi videntur: ita tres erant de Oratore: quartus, Brutus: quintus Orator. Ad huc hac erant, ad reliqua 2 alacri tendebamus animo, sic patiri, ut, nisi quia causa gravior obicitur, nullum philo-

sophiæ locum esse pateremur, qui non Latinis literis illustratus pateret. QVOD ENIM MONUS REIP AFFERRABAT, MELIUSVS POSSE SUMUS, QUAM SI DOCEMUS, ATQUE ERUDIMUS IUVANTUTEM H̄is præsertim moribus, atq; temporibus: quibus ita prolapſa est, ut omnium spib; refrendanda ac coēcenda sit. Nec verò id effici posse confido, quod ne postulandum quidem est, ut omnes adolescentes se ad h̄c studia convertant, pauci uinam! quorū tam in re p̄ latè patere poterit industria. Equidem ex his etiam fructus capio laboris mei qui iam aetate proiecti in nostris libris a quiescenti: quorum studio legendi meum serbāndi studium vehementius indies incitat: quos quidem plures, quām rebar, esse cognovi. Magnificam illud etiam, Romanisq; hominibus gloriosum, ut Gracis de philosophia litteris non egeant. Quod aequaliter profecto si instituta perfecero. Ac mihi quidem explicanda philosophiæ causam attulit gravis casus civitatis, cūm in armis rīvilib; nec tueri meo more remp, nec nihil agere poteram: nec quid potius, quod quidem me dignum esset, agerem, reperebam. Dabunt igitur mihi veniam mei cives, vel gratiam potius habebunt, quod, cum esset in unius potestate resp. neque ego me abdid, neque defore, neque affixi, neque ira gesti, quasi homini aut temporibus traui: neque ita portio aut adulatio, aut admiratio fortunam suam alterius, ut me mei peccati teret idem ipsum à Platone philosophiaque didiceram. NATURALEIS ESS. QUAS DAM CONVERSATIONE RERUM PUBLICARUM, ut ea cum à principibus tenerentur, tum à populis, aliquando à singulis. Quod cum accidisset nostræ reip. tum p̄stis orbati muneribus hæc studia renovare cœpimus, ut & animus molestii hac potissimum relvaretur, & prodeßemus civibus nostris qua re cumque possēmus. In libris enim sententiam decibamus, concionabamus, philosophiam nobis pro reipub. procuratione subditaram putabamus. Nunc quoniam de republica consuli coepit sumus tribuenda est opera reipub vel omnis potius in ea cogitatio, & cura ponenda: tantum huic studio relinquendū, quantum varabit à publico officio & munere. Sed hæc alias pluribus: nunc ad institutam disputationem revertamur. Nam cū de divinatione Quintus frater ea differuerit, quæ superiore libro scripta sunt, satisque ambulatum videretur, tum in bibliotheca, quæ in Lyceo est, ascedimus. Atque ego. Accurate tu quidem,

1.111.3

inquam,

bisca: 3

2. Alacri tendebamus, Ioh S. Victoria & Pall. quatuor unaque editio
Victor. o. publicata aliud erit.

3. 340

inquam, Quinte. & Stoicorum sententiam defendisti: quodque me maximè delectat, plurimis nostris exemplis usus es, & iis quidem claris & illuditibus. Dicendum est mihi igitur ad ea, que sunt à te dicta, sed ita, nihil ut affirmo, quarens omnia, dubitans plerisque & multi iste diffidens si eam aliquid certi haberem, quod dicerem; ego ipse divinarem, qui esse divinationem nego. Etenim me movet illud, quod in primis Carneades querere solebat, quaznam rerum divinatio esset: carunne qua sensibus perciperentur? At eas quidem cernimus, audimus, gustamus, olfacimus, tangimus. Numquid ergo in iis rebus est, quod provisione, aut permissione mentis magis, quam natura ipsa sentitur? aut nescio qui illi divinus, si oculis captus sit, at Tresias fuit, possit, qua alba luna, qua nigra, dicere? aut, si surdis sit, varietates vocum, aut modos noscere? Ad nullam igitur carum rerum, qua sensu accipuntur, divinatio adhibetur. Atque ne in iis quidem rebus, qua arti tractantur, divinatione opus est. Etenim ad agros non vates, aut harrioles, sed medicos solemus adducere. Nec verò, qui fidibus, aut tibiis uti volunt, ad haruspicias accipiunt earum rationem, sed à medicis. Eadem in litteris ratio est, tali quisq[ue] rebus, quarum est disciplina. Num centes eos, qui divinare dicuntur posse respondere sol majoris, quam terra sit, in tantus, quantus videatur: lunaq[ue], luna, in solis, utatur? sol, luna, quae morum habent? quemque quinque stellae, qua errare dicuntur? nec hæc, qui divini habentur, profidentur se esse dictatores: nec eorum, qua in geometria describuntur qua vera, qua falsa sint, sunt enim ea mathematicorum, non harriolorum. De illis vero rebus, qua in philosophia variuntur numquid est, quod quisquam divinorum aut responderet soleat, aut consuli, quid bonum sit quid malum, quid neutrum? sunt enim hæc propria philosophorum. Quid de officio? num quis haruspicem confundit, quemadmodum sit cum parentibus, cum fratribus, cum amicis vivendum? quemadmodum utendam pecunia? quemadmodum honore? quemadmodum imperio? ad sapientis hæc, non ad divinos referri solent. Quid? qua à dia certis aut physici strahantur, num quis eorum divinare potest, omnino mundus sit, an plures? qua hinc initia rerum ex his nascentur omnia? philosophorum est ista prudètia, et Quomodo, aut mentientur, quem *ψοδόφηρον* vocant, dissolvant, aut quemadmodum soriti resūta? quem si necesse sit Latino verbo hæc *acervalem* appellare: sed nihil opus est: ut enim ipsa philosophia, & multa verba Gracorum, sic sorites satis Latino sermone tritus est. Ergo hæc quoque dialectici dicent, non divini. Quid? cum queritur, qua sit optimus resp. statu, qua leges, qui mores aut uiles, aut inutiles, haruspicesne ex Eturia arcessentur, an principes statuerint, & delecti viri, periti rerum civilium? Quod si nec eorum rerum, qua subiecta sensibus sunt, illa divinatio est: nec eorum, qua artibus continentur, nec eorum, qua in philosophia differuntur: nec eorum, qua in resp. versantur: quaram rerum sit, nihil proflus intelligo; nam aut omnium debet esse, aut aliqua ei materia danda est, in qua veriari possit. sed nec omnium divinatio est, ut ratio docuit: nec locus, nec materia invenitur, cui divinationem praeficeret possumus. vide igi-

tur, ne nulla sit divinatio. 4. Est quidem Græcus vulgaris in hanc sententiam versus:

Bene quis conjectat, & ratem hunc perhibeo optimum.

Num igitur, aut qua tempesetas impendeat: vates, melius conjectat, quam gubernator: aut moibi naturam acutius, quam medicus: aut belii administrationem prudentius, quam imperator, conjectura afficeret? sed animadvertis, Quinte, te caute & ab iis conjecturis, qua habebent artem, atq[ue] prudètiam, & ab iis rebus, qua sensibus aut artificis perciperentur, abducere divinationem; canque ita definire, DIVINATIONEM, esse eorum rerum prædictiorem, & præsentium, qua efficiuntur. Primum eodem revolvetur, nam & medicus, & gubernator, & imperatoris præsenzio est rerum fortunatum. Num igitur aut haruspex, aut augur, aut vates quis, aut somnians melius congerit, aut eis morbo evasorum ægrotum, aut è periculo navem, aut ex infideliis exercitum; quam medicus quam gubernator, quam imperator? Aiqui ne illa quidem divinantis esse dicebat; ventos, aut imbrevis impendentes quibusdam præsentis & signis, in quo nostra quadam Aratea memorie a te pronuntiata sunt, etiæ hæc ipsa tortuosa sunt, plerunque, enim, non semper eveniunt. Quia igitur, aut ubi versatur fortuitarum rerum præsenzio, quam divinationem vocas? qua causa præsentior aut arte, aut ratione, aut usu, aut conjectura possunt, ea non divinis tribuenda putas, sed peritis. Ita selinquitur, ut ea fortuita divinari possint, qua nulli nec arte, nec sapientia provideri possunt: ut, si quis M. Marcellum illum, qui ter consul fuit, mutis annis ante dixisset naufragio esse peritum: divisa est & profecto nulli enim arte alia id nec sapientia leste potuisse Talium ergo rerum, quæ in fortuna posita sunt præsenzio, divinatio est. Prosternitur igitur ex iis rerum, qua nihil habent rationis, quare futuæ luna illa, & præsenzio: quid est enim aliud fors, quid fortuna, quid causas quid eventus, nisi cum sic aliquid occidit, sic evenit, ut vel non caderet, atq[ue] evenire, vel a iter cadere, atq[ue] evenire, potuerit? quo modo ergo id, quod temere fit *cato* casu, & *voluminante* fortuna, præsentiri & prædicti potest? Medicus morbum in graveſtente ratione providerit, inutias impetrator, tempesetas gubernatori, & tamen hi ipsi se & salvantur, qui nihil una certa ratione opinantur. ut agnito cura florid oleo viderit bacam quoq[ue] le visurum putat: non sine ratione ille quidem: sed nonnumquam tamen sibi litur. Quod si falluntur hi, qui nihil sine aliqua probabili conjectura actione dicunt: quid existimandum est de conjectura eorum, qui exitis, aut avibus, aut ostentis, aut oraculis, aut omniis futura præsentiunt? Nondum dico, quam hæc signa nulla fini, sibum jecoris corvi, cantus, volatus aquila, stellæ trajectio, voces furentium, fortes, somnia: de quibus singulis dicam suo loco: nunc de universis. Qui potest provideri, quidquam futurum esse, quod neque causam habet ullam, neque notam eur futurum sit? Iolis defectiones, itemque lunæ, prædicuntur in multis annos ab iis, qui & siderum cursus & motus numeris persequuntur ea enim prædicunt, qua natura necessitas perfectura est. Vident ex constantissimo motu lunæ, quando illa in regione solis facta incurvat in umbram terrenæ, qua est meta noctis, ut eam obiretari necesse sit: quandoque eadem luna subiecta atque oppo-

1. Eadem in litteris ratiō est, reliquæque tribus quārum est disciplina. Manifeste hic littera ponuntur pro numeris. Sic Terent. Eunocho: *Fac præcipuum in litteris fac in palestris, &c.* Per litteras omnino intellege cœmentia matheseos, qua *τεχνέων* vocant. G. 2c. ff. *Viphis.*

2. *Quomodo extrahentur.* Sic editio V. Cotori & Pith. & Pal. secundum præsentementem certe, autem non mentientur, quare, aut numeris, vulgo, summodo autem mente.

3. *Ex Eturia & Arcig. uror.* Haud aliter Palli quatuor, Pith. S. Victoris, editioque V. Cotori: al. & decr. secentur.

4. *Est quod dat Græcus vulgaris in hanc sententiam.* Sic meliores Pal. etiæque Victoriae, nam est. & quart. non habent illud Græcus, absque cod. et S. Victoria, ac Pithceanus substitutus illo regnante, le-

tio communis. Est quidem Dr. vulg. &c.

5. *V. seu hinc perhibeo optimum.* Est à Victorianis, item S. Vict. Pith. Pall. tribus, nam secundum perhibet, vulgaria, pith. b. ipsi ipsi.

6. *Vel non caderet aque ex ore.* Pall. meliores, hos est. & sec. nihil horum habent, neq[ue] agno cuia membranæ Pith. est, equidem vel ex ore in peda m. habent.

7. *Voluminante fortuna.* Liber S. Victoris voluminante, quod mutat in mobili est Gallicius, sed malum alterum, firmatum omnibus Palatino.

8. *Side un cursor & manus.* Ita solum Pithceanus quippe Pall. quatuor, codex S. Victoria, editioque Victoriae non agnoscunt illud cursor. &c.

opposita Soli, nostris oculis ejus lumen obscureret: quo in signo quoque erantium stellarum, quoq; tempore futura sit, qui exortus quoque die signi alicujus, aut qui occasus futurus sit, hæc qui ante dicunt, quam rationem sequuntur, vides. 1 Qui thesaurum inventorum, aut hereditatem venturam dicunt, quid sequuntur? aut in qua rerum natura in illi futurum? a quod si hæc eaq; sunt ejusdem generis, habent aliquam talis necessitatem; quid est tandem, quod casu fieri, aut forte fortuna putemus? nihil enim est inventarum ratione & constantia, quam fortuna: ut mihi ne in deinceps quidem cadere videatur, ut sciat, quid casu, & fortui, si futurum sit. Si enim scit, certè illud eveniet, fin certè eveniet, nulla fortuna est, est autem fortuna, rerum igitur fortuitarum nulla est præsenzio. Aut si negas esse fortunam, & omnia, que sunt, que futura sunt, ex omni aeternitate definita dicit esse fataliter: muta definitionem divinationis quam dicebas præsensionem esse rerum fortuitarum. Si enim aeternitas non potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi quod ab omni aeternitate certum fuerit esse futurum ratio tempore: quod potest esse fortuna? qua sublata, qui locus est divinationis? quod a te fortuitarum rerum dicta praefatio, quoniam in dicebas, omnia, que sunt, fortutare esset, sat contraria Ame sanè & plenum superstitionis fadom: ip. am. sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur de quo alios: nunquid necesse est? Si omnia facta, quid nihil divinatio prodest? quod enim is, qui divinit, non predicti, id vero futurum est: ut ne illud quidem sciatur quale sit, quod dejetarum, necessarium nostrum, ex itinere aquila revocavit, qui nisi revertisset, in eo conclave ei evanesceret, quod proxima nocte corrutus, ruina igitur expressus esset. At id non, que si fatum fuerat, effugisset: ne non fuerat, in eum casum incidisset. Quid ergo adjuvavit divinatio? aut quid est, quod me moveant aut sortes, aut testa? aut ultra prædictio? si enim fatum fuit, classis postuli Rom. bello Punico primo, alterum naufragio, alterum aegris depressam interierit: etiam si tripudium solissimum postuli fecerit, L. Junio, & P. Clodio confunditus, classes aeternas interierint. Sin, cum auspiciis obtemperatum esset, intentus classes non fuerunt, non interierunt fato, vultus autem omnia fatu, nulla igitur est divinatio. Quod si fatum fuit bello Punico secundo exercitum pop. R. ad lacum Tarbusium interierit: non id mutari potuit, si Flaminius consul in his signis, iisque auspiciis quibus pugnare prohibebatur, paruisse? certe potuit. Aut igitur non fato intentus exercitus, mutari enim fatu non possunt: aut si fato, quod certe vobis ita dicendum est: etiam si obtemperasset auspiciis, idem eventurum fuissest. Vbi est igitur divinatio isti Stoicorum? quod, si fato omnia sunt, nihil nos admonere possunt, ne caeces sumus, quoquo enim modo nos gesserimus, si tamen illud, quod futurum est, fin autem id potest fieri, nullum est fatum, ita ne divinatio quidem, quoniam ea rerum futurorum est. Nihil autem est pro certo futurum, quod potest aliqua procuratione accidere nefas. Arque ego ne uidentur quidem arbitror esse nobis futurum responsurum. Que enim vita futuris Priamo, si ab adolescentia cœsset, quo eventus fenebris est, habitus? Ademus & fabulis: propria videmus. Clarissimorum hominum nostra civitas gravissimos exitus in consolatione collegimus. Quod igitur ut omitteramus superioris, M. Ironicus Crasso putas utile fuisse, cum cum maximis episius, fortu-

nisque florebat, scire, sibi, interfesto Publio filio, exercitu que delecto, trans Euphratem cum ignominia, & dedecore esse perendum? An Cn. Pompejum censes, tribus suis consulibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria latitudinum fuisse, si scisset se in solitude Aegyptiorum trucidatumiri, amissio exercitu post mortem vero ea consecutura, que sine lacrymis non possumus dicere? Quid vero Casarem putamus? si divinas let fore, ut in eo fenatu, quem majore ex parte ipse cooptasset, & in curia Pompeja ante ipsius Pompeji simulacrum, tot centurionibus suis inspectantibus, à nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita jaceret, ut ad ejus corpus nom modò amicorum, sed ne servorum quidem quisquam accederet; quo cruciata animi vitalia actuum fuisse? Certè igitur ignoratio futurorum malorum, utilior est, quam scientia. Nam illud quidem dici, preterim a Stoicis, nullo modo potest: Non igitur ad anima Pompejus: non transisset Crassus Euphratem, non suscepisset bellum civile Caesar, non igitur fatalis exitus habuerunt, vultus autem evenire omnia fatu, nihil ergo illis profuisset divinare: atq; etiam omnem fructum vite superioris perdidissent, quid enim posset his eis latum, exitus suas cogitabimus? Ita, quoquod se verterint Stoici, jaceat necesse est omnium eorum solertia. Si enim id, quod eventurum est, vel hoc modo, vel illo potest evenire: fortuna valet plurimum. Quod autem fortuita sunt, certe esse non possunt. Sin autem certum est, quid quaque debet, quoq; tempore futurum sit, quid est quod me adjuvent haruspices, cum res trifitissimas postendi dixerint? Addunt ad extremum, omnia levius casara, rebus divinis procurari. Si enim nihil sit extra fatum, nihil levari re divina potest. Hoc sentit Homerus, cum querenter Jovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contes fatum eripe non posset. Hoc idem significat Grecus ille in eam sententiam versus:

Quod fore paratum est, id summum exsperas Jovem.
Totum omnino fatum etiam Atellano vetu jure mihi esse irrisum videtur, sed in rebus tam severis non est iocandi locus. Concludatur igitur ratio, si enim providerem nihil potest futurum esse eorum, qua casu sunt, quia esse certa non possunt: divinatio nulla est. Sin autem idcirco possunt provideri, quia certa sunt, & fatalia: rursus divinatio nulla est. eam enim ut fortuitarum rerum esse dicebas. Sed hæc fuerit nobis tanquam levia armatura prima orationis excusio: nunc communius agamus, expetiamurque, si possimus cornua commovere dilputationis tuae. Duo enim genera divinandi esse dicebas, unum artificiosum, alterum naturale. artificiosum constare partim ex conjectura, partim ex observatione diuturna, naturale, quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos hauios, aut acceptos, aut libatos haberemus. Artificiosa divinatio illa scire genera ponebas, exterritum, eorumque, qui ex fulguribus, ostentisque prædicerent, tum angurum, cornutusque, qui signa, aut omnibus uterentur, omneque genus conjecturale in hoc scire genera ponebas. Illud autem naturale, aut concitatione mentis edi, & quasi fundi videbatur, aut animo, per somnum sensibus, & curis vacuo, provideri. Duxisti autem divinationem omnem à tribus rebus à deo à fato, à natura. Sed tamen cum explicare nihil posses, pugnasti commentitorum exemplorum mirifica copia. De quo primum hoc licet dicere, hoc ego philosophi non arbitror, testibus utri, qui aut casu veri, aut

2. Quod futurum inventurum.) Subintellige, atqueve, vel aliquem, inquit Galilaeus. Lambinus, quamvis libris omnibus reclamantibus typis, inventurum.

3. Quod præcego que sunt ejusdem generis.) Est ab editione Victori, Albericus & Pall. & Gul. Elmiani, vulgare passim, quid si ea, quae non modeste.

4. Dicitur nec futurum nostrum. Non alter Pall. quia uox, Pith. S. Victor, nequa Victoria ab familiari nostrum, cur doceat?

4. Aut illa prædictio! Pal. pr. & Pith. in omnibus dicitur non male, nam

aut illa apollinis vacuus oracula, que sic supra lib. I. cap. 40. fa-

malitia falsi, sicutque esse possunt. Argumentis, & rationibus oportet, quare quidque ita sit, docere, non eventis, iis præsertim, quibus mihi licet non credere. Ut ordinarib[us] haruspicia, quam ego recip[er]e, cauta, communisque religionis, colendam censeo: sed soli sumus: licet verum exquirere sine invidia, mihi præsertim de plerisque dubitanti inspi-
ciamut, si placet, exta primum. Persuaderi igitur cuiquam potest ea, quæ significari dicuntur ex his, cognita esse ab ha-
rupsibus observatione diuina? quan diuina ista fuit?
aut quā longinquo tempore obliterari potuit: aut quo modo est collata inter ipsos, quæ pars inimici, quæ pars fa-
miliaris esset: quod fissum, periculum: quod commodum
aliquid ostenderet? an h[ic] inter se haruspices Etruci, Elii,
Ægypti, Panii contulerant? At id præterquam quod fieri non potuit, ne singuli quidem potest. aliis enim alio more
videmus exta interpretari, nec esse unam omnium disciplinam. Et certe, si est in extis aliqua vis, quæ declarat fu-
tura, necesse est, eam aut cum rerum natura esse conjunctam,
aut conformari quodam modo numini deorum. Atquæ divi-
na cum rerum natura tanta, tamque præclarâ in omnes parteis,
moiusque diffusa, quid habere potest communem?
non dicam galilaeum fel[icitatem] (fuit enim, qui vel arguissima
h[ic] exta illi dicant) sed tauri optimi jecur, aut cor, aut
pulmo, quid habet naturale, quod declarare possit, quid
futurum sit? Democritus tamen non in scite nugatur ut
physicus: quæ genere nihil arrogans.

Quod est ante pedes nemo spectat: cali scrutantur plaga.
Verum in istamen habitu extorum, & colore declarari cen-
set, hoc duntaxat, pubuli genus, & eorum rerum, quas ter-
ra procreet, vel ubertatem, vel tenuitatem: salubritatem
etiam, aut peccantiam: extis significari putat. O morta-
lem beatum! cui certò scio ludum numquam defuisse.
Huncine hominem tantis delectatum esse nugs, ut non
videret, tum futurum id verisimile, si omnium pecudum
exta eodem tempore in cendem, habitum se, coloreisque
converterent? sed si eadem hora alia pecudis jecur nitidum, atq[ue] plenum est, alia horridum, & exile; quid est quod
declarari possit habitu extorum, & colore? an hoc ejusdem
modi est, quale Pherecydum illud quod est à te dictum?
qui cum aquam vidisset ex puto austram, terra motu
saxis futurum. Verum, credo, impudenter, quod cùm
factus esset motus, dicer audent, quæ vis id efficerit,
etiamne futurum esse, aq[ue] jugis colore præsentiant?
multa istiusmodi dicuntur in scolisi: sed credere omnia vide-
re non sit necesse. Verum sint sanè ista Democritea vera.
quando ea nos extis exquirimus? aut quando aliquide-
jusmodi ab haruspice, inspectis extis, audivimus ab aqua,
aut ab igni pericula monent: tum hereditates, tum damna
denuntiant: fissum familiare, & vitale tractant: caput je-
toris ex omni parte diligentissime considerant: si vero id
non est inventum, nihil putant accidere potuisse tristius.
H[ic] observari certi non potuerunt, ut supra docui, sunt
igitur *omnes* inventa, non *vetus*, si est ars olla rerum in-
cognitarum. Cum rerum autem natura quam cognatio-
nem habent? quæ ut uno consenserit juncta sit, & continens,
quod video placuisse Phylacis, etique maxime, qui omne,
quod esset, unum esse dicuntur: quid habere mundus po-
test cum thesauri inventione conjunctum? si enim extis,
pecunias mihi amplusificatio ostenditur, idque sit natura:
primam exta sunt conjuncta mundo: deinde meum lu-
crum natura rerum continetur. Nonne pudet physicus h[ic]
dicere? Ut enim jam sit aliqua ² in natura rerum cognatio,
quam esse concedo: multa enim Stoici colligunt: nam &
muscularum jeculicula bruma dicuntur augeri, & pulejum
aridum florefere ipso brumali die, & infistas rumpi ves-

culas, & semina malorum, quæ in iis mediis inclusa sint,
in contraria partibus se vertere: jam netros in fidibus alijs
pulis resonare alios: ostreisque, & conchyliis omnibus
contingere, ut cum luna pariter crescant, pariterque de-
crescant: arboreisque ut hyemali tempore, cum luna sinuif-
fentes, quia tum exsiccata sint, *tanpestivæ* eadi puten-
tur. quid de fretis, aut de marinis æstibus plura dicam?
quorum accessus, & recessus luna motu gubernantur. Sex-
centa licet ejusmodi profert, ut distantiam terum cognati-
o naturalis appareat. Demus hoc, nihil enim huic dispu-
tationi adversatur. num etiam, si fissum cujusdam modi fue-
rit in jecore, lucrum ostenditur? ³ quæ ex coniunctione
naturæ, & ⁴ quasi concordia, atque consensu, quans
orphaenæ Graci appellant, convenire potest, aut fissum
jechorum cum lueculo meo, aut meus quæsticulus cum celo,
terra, rerumq[ue] natura: concedam hoc ipsum, si vis, et si ma-
gnam jacturam causæ fecero, si ullam esse convenientiam
naturæ cum exitis concessero: sed tamen eo concessu, quæ
evenit, ut si *impetrare* velet, convenientem hostiam re-
bus suis immolet? hos erat, quod ego non rebar posse
disolvit. At quā festivitè disolvitur. Pudet me non-tu
quidem, cujus etiam memoriam admiror, sed Chrysippi,
Antipatri, Posidonii, qui idem istuc quidem dicunt, quod
est dictum à te, *Ad HOSTIAM* deligendam ducem esse
vix quandam sententiam, atq[ue] divinam, quæ tota confusa
mundo sit. Illud vero multo etiam melius, quod & a te
usurpatum est, & dicitur ab illis: cum immolare quisquam
velit, tum fieri extorum mutationem, ut aut ab aliiquid
aut superfluo deorum enim numini parere omnia. H[ic],
mihi jam erede, ne anicula quidem existimat. An censes,
eundem vitulum, si alius delegerit, sine capite jecur inven-
turum: si alius, cum capite? h[ic] decessio capitum, aut ac-
cessio subitone fieri potest, ut se exta ad immolatoris for-
tunam accommodent? non perspicitis, *aleans* quandam in-
esse hostiis diligendis, præstetum cum res ipsa doceat? cum
enim tritissima exta sine capite fuerint, quibus nihil vi-
detur esse dirius: proxima hostia titanus *sæpe* pulcherrime.
Ubi illa mina superiorum extorum? aut quæ tam subito
facta est deorum tanta placatio? Sed afferis, in tauri optimi
extis, immolante *Cæsare*, cor non fusile: id quia non po-
tuerit accidere, ut sine corde vestimenta illa vivetur, judican-
dum esse tum interisse cor, cum immolaretur. Qui sit, ut
alterum intelligas, sine corde non potuisse bovem vivere:
alterum non video, cor subito non potuisse velcio quod
avolari? ego enim possum vel nescire, quæ vis sit cordis
ad vivendum, vel suspicari, contactum aliquo mosbo, bo-
vis, exile, & exiguum, & vietum cor, & dissimile cordis
fusile. Tu vero quid habes, quare pates, si paullo ante cor
fuerit in tauro optimo, subito id in ipsa immolatione in-
terisse? an, quod aperte vestitus purpureo exordem
Cæsarem, ipse corde privatus est? *urbem* philosophizis
mihi crede, *prediū*, dum castella defenditis. Nam, dum
haruspinciam veram esse vultis, physiologiam totam per-
vertitis. Caput est in jecore, coi in extis: jam abscedet,
simul ac molam, & vinum insperferis. deus id eripiet,
vis aliqua conficit, aut exeder. Non ergo omnium inter-
tus, atque obitus natura conficit: & erit aliquid, quod
aut ex nihil oriatur, aut in nihil subito occidat. Quis
hoc *Physicus* dixit umquam haruspices dicunt. His igitur,
quæ physicus, potius credendum existimat? Quid cùm
pluribus diis immolatur, qui tandem evenit, ut littera alia,
aliis non littetur? quæ autem inconstans deorum est, ut
primis minentur extis, bene promittant secundis? aut
tantâ inter eos dissensio, *sæpe* etiam inter proximos, ut
Apollinis exta bona sint, Diana non bona? quid est tam
perspi-

¹ Extis significari potest. Pall. omnes & S. Victoris p[ro]p[ter]e; ut suspicis
has tres voces matasse ab librar[is], & delendas.

² In natura rerum cognitio. Omnes Pall. & S. Victoris contagio, sed
facili est inter se unius transpositio: itaque Iambinus hec fluctus ex-
sistit in symposio.

³ Quæ ex coniunctione naturæ. Sic editi à Victoria & Pall. duo me-
liores, nam text & quart. cognoscuntur ut vngg.

⁴ Quæ concordia. Pall. prim accessus, ut ferfan volunt vitare répa-
titiones similis syllabæ auditorum.

perspicuum, quatenus cum fortuito hostiis adducantur, talia cuique extra esse, qualis cuique obigerit hostia? At enim id ipsum habet aliquid divini, quod cuique hostia obtinet et tanquam in tortibus, quod cui ducatur. Mox de tortibus, quamquam tu quidem non hostiarum calum confundas fortium similitudine, sed infirmas fortes collatione hostiarum. An, cum in Aquincum milimus qui affert agnum, quem immolemus: Is mihi agnus afferitur, qui habet extra rebus accommodata, & ad eum agnum non easa, sed duce deo servus deducitur? nam & si casus in eo quoque dicis esse, quasi forte quendam cum deorum voluntate coniunctam, dole tantam Stoicos nostros Epicurus irridens, si faciliatem dedit, non enim ignoras, quam ista deindeant. Et quidem illi facilis facere possunt, deo, enim ipsos iocundis causa induxit Epicurus perlicios, & perflabiles, & habitanteis, tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinatum: eosque habere putat eadem membra, quod nos, nec usum ullum habere membrorum. Ergo is circuitione quadam deos tollens, recte non dubitat divinationem tollere. Sed non, ut hic sibi constat, item Stoici. Illius enim deus nihil habens nec lui, ne alieni negotii, non potest hominibus divinationem impetrare. Vetus autem deus potest non impetrare, ut nihil mundum regat, & hominibus consilat. Cur igitur vos in iudicatis in eis captiones, quas numquam explicitis? ita enim, cum magis properant, concludere solent: Si dii sunt, illi divinatio, luna autem dii, est ergo divinatio. Multo est probabilius: non est autem divinatio, non sunt ergo di. Vide, quam temere committant, ut, si nulla sit divinatio, nulli sunt dii, divinatio enim perspicue tollitur. deos esse, retinendum est. Atque hac ex iugum divinatione sublata, omnis haruspicia sublata est. ostenta enim sequuntur, & fulgura. valet autem in fulguribus observatio diuturna; in ostentis ratio plerisque conjecturaque adhibetur. Quid est igitur, quod observatum sit in fulgere? coeum in XVI. partis diverterit Etrusci. facile id quidem fari, quatuor, quas nos habemus, duplicare: post idem iterum facere, ut ex eo dicentes, fulmen qua ex parte venisset. Num id quid interest? deinde quid significat? nonne perspicuum ait, ex prima admiratione hominum, quod ominus, ideoque fulminum extimulissent, credidisse ea efficiere rerum omnium praepotenter Jovem? itaque in nostris commentariis scriptum habemus: JOVE TONANTE, FULVORUM, COMITIA POPVL MABERE NEFAS. Hoc sunt, si res ipsa causa constitutum est. comitiorum enim non habendorum causas esse voluntur. Itaq; comitiorum fulmum vitium est fulmen: quod idem omnibus rebus optimam auspicium habemus, si sicutrum fuit. Sed de auspicio alio loco, nunc de fulguribus. Quid igitur minus a Physis dici debet, quam quidquam certi significari rebus incertis non enim te patre esse cum, quod Jovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes. nam esset mirabile, quomodo id Jupiter toties jaceret, cum unum haberet. Nec verò fulminibus homines, quid aut faciendum esset, aut caverendum, moneret. placet enim Stoicus, eos anhelitus terrena, qui tibi sint, cum fluere coepint, ventos esse: cum au-

atio ingenerata, & tradita essent, nulla res ea mutare posset. Quid? dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreations habent quas quidem percurtere oratione facile est: quid inter Indos, & Persas, i. Aethiopas, & Syros differat, corporibus anima: ut incredibilis varietas, dissimilitudoque sit. Ex quo intelligitur plus terrarum situs, quam a longioribus ad nascendum valere. Nam quod ajunt, quadrangula, & sepruginta milia annorum in perulitandu, ex perundisque pueris, quicunque, essent nati, Babylonios postulat, fallunt. si enim esset factitium, non esset desitum. neminem autem habemus auctorem, qui id aut fieri dicat, aut factum sciat. Videsne, me non ea dicere, quia Carneades, sed ea, quia princeps Stoicorum Panatus dixerit? ego autem etiam hoc require, omnesne qui Cannensi pugna cederent, uno astro fuerint. Exutus quidem omnium unus, & id est. Quid? qui ingenio, atque animo singulares, cum astro quoque uno? quod enim tempus, quo non innumerabiles nascuntur? ac certe similis nemo Homeri. Et, si id rem pertinet, quo modo calo affecto, compotisq; fidibus quodq; animal oritur, valeat id necesse est etiam malum inanimu. quo quid dici potest ab aliud? L. quidem Tarutius Firmianus, familiaris noster, in primis Chaldaea rationibus eruditus, urbis etiam nostrae natalium diem reputebat ab ipsi Paribus quib; eam a Romulo condita accepimus. Romaq; in iuglo cum esset luna, natu esse dicebat, nec quis satis canere dubitabat. O vim maximam et ron! Etiamne ubi natalis dies ad vim stellarum, & lunæ pertinebat? faciat puto referre, ex qua affectione ex aliis primum spiritum sentiunt: num hoc in latere, aut in examento, ex quibus urbs eti; est, potuit valere? sed quid plura? quotidie refelluntur. Quam multa ego Pompejo, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Calari a Chaldaea dicta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate elemoniatur? ut mihi permittitur videatur, quemquam videtur qui etiam nunc credat illis, quorum praedicta quotiescens videat, & eventus refelli. Reftant duo divinandi genera: quod habeat dictum à natura, non ab arte: vaticinandi, & somnandi. De quibus, Quinte, inquam, si placet disferamus. Mihī verò inquit, placet, his enim, quas adhuc disputati, prorsus assentior: & vere ut loquar, quamquam tua sententia confirmavit, tamen etiam mea sponte nimis superfluum am de divinatione Stoicorum sententiam judicamus: ac me Peripateticorum ratio magis movebat, & vere m' Dicarchi, & eius, qui nunc floret, Cratippū, qui censem esse in membris hominum tanquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentant, si aut forte divino invitato animus, ex fove relaxans, solute moveatur, ac liberetur. His de genibus quid sentias, & quibus ex rationibus insimiles, audire sine velim. Quia cum ille dixisset, tum ego rursus quasi ab suo principio sum exorsus dicere. Non ignoro, inquam, Quinte, te semper ita sensisse, ut de ceteris divinandis generibus dubitares: & ista duo, futoris, & somni, quæ a libera mente fuerint viderentur, probares. Dicamus igitur, de ipsis duobus generibus mihi quid videatur, si prius Stoicorum ratione conclusio: & Cratippū nostri, quid valeat, videm. Disisti enim, & Chrysippum, & Diogenem, & Antipatrum concludete hoc modo. Si sunt dñs, neque ante declarant hominibus, que futura sint, aut non diligunt homines: aut, quid eventurum sit ignorant: aut existimant nihil interest, hominem scire, quid sit futurum: aut non existent esse futuræ majestatis, pra significare hominibus, quæ futura: aut ea ne ipsi quidem dñi significare possunt.

At neque non diligent nos: sunt enim beneficii, genericus hominum amici: neq; ignorant ea, quæ ab ipsis constituta, & designata sunt: neq; nostra nihil interest, scire ea, quæ futura sunt: erimus enim caeciores si sciemus: neq; hoc alienum dñe manifestate sua: nihil est enim beneficia praestantis: neque non possunt futura prænoscere, non igitur dñi sunt, nec significant nobis futura: sunt autem dñi: significant ergo. Et, non, si significant futura, nullas dant nobis vias ad significacionem scientiam: frustra enim significant: neque si dant vias, non est divinatio: est igitur divinatio. O acutos homines! quam paucis verbis negotium confectum putant! Ea sumunt ad concludendum, quorum iis nihil conceditur. Conclusio autem rationis ea probanda est in qua ex rebus non dubiu, id, quod dubitatur, efficitur. Videsne Epicurum, quem hebetem, & rudem dicere solent Stoici, quemadmodum, quod in natura rerum omne esse dicimus, id infinitum esse concluderit? Quod finitum est, inquit, habet extreum. Quis hoc non dederit? quod habet extreum, id cernit ex alio extrinsecus. hoc quoque est concedendum. At, quod omne est, id cernit ex alio extrinsecus. Ne hoc quidem negari potest. Nihil igitur cum habeat extreum, infinitum sit necesse est. Videsne, ut ad rem dubiam concessis rebus perveniat? Hoc vos dialectici non facitis: nec solum ea non sumitis ad concludendum, quæ ab omnibus concedantur: sed ea sumitis, quibus concessis, & nihilo magis efficiatur quod veliri. Primum enim hoc sumitis. Sunt dñi, beneficii in homines sunt. Quis hoc vobis dabit? Epicurus, qui negat, quidquam deo, nec alieni curare, nec suis in nosferit. Ennius, qui magno plauso loquitur, a silentiente populo? Ego deum genus esse semper dixi, & die am calrum: Sed eos non curare opinor, quod agat humanum genus. Et quidem, cur sic opinor, rationem subiicit. Sed nihil est necesse dicere, quæ sequuntur. tantum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium, controversumque sit. Sequitur portio, Nihil deos ignorare quod omnia sint ab ipsis constituta. Hic vero quanta pugna est doctissimum hominum, negant esse immortalibus constituta? At nostra inter se sint, quæ eventura sint. Magnus Dicarchi liber est, netice ea melius esse, quam scire. & Negant id esse alienum majestate deorum, & scilicet casus omnium intropiscere, ut videant quid cuique conductat. Neque non possunt futura prænoscere. Negant posse, quibus non placet esse certum, quid futurum sit. Videsne igitur, quæ dubia & sint, ea sumi pro certis, atque concessis? deinde contorqueant, & ita concludant: Nos igitur sunt dñi nec significant futura: id enim jam perfectum arbitrantur. Deinde assument: Sunt autem dñi: quod ipsum non ab omnibus conceditur: Significant ergo. Ne id quidem sequitur, possunt enim non significare, & tamen esse dñi: nec si significant, non dare vias alias ad scientiam significationis. At id quoque potest, ut non dent homini; ipsi habeant. curen Tufcis potius, quam Romanis darent? Nec si dant vias, nulla est divinatio. Fac dare deos: quod absurdum est: quid refert, si accipere non possumus? Extremum est, igitur divinatio. Sit extremum effectum tamen non est, ex fallis enim, ut ab ipsis didicimus, verum effici non potest, jact igitur tota conclusio. Veniamus nunc ad optimum virum familiarizem nostrum, Cratippum. Si sine oculis, inquit, non potest existere officium, & munus oculorum, possunt autem aliquando oculi non fungi suo ministeri: qui vel semel ita est usus oculis, ut vera cerneret, is habet sensum oculorum, vera certitudinem.

³ Aethiopas & Syras. Edito Victori. Aethiopas Syras, neque aliter. Videsne Palli: duo meliores.

⁴ Leuisticus. Palli tres & S. Victori tabuæ, loc. ultime, utrumque proprieatem vulgo.

⁵ Iudeus, fortis, &c. Victori editio & Palli, quatuor ita, sed certior vox est, in priori: vix admiserim.

⁶ Nihil sequitur officium. Sic Palli quatuor, prius vulgat: officiale. Vix manu recte VVouy, in quo efficiuntur.

⁷ Negant id esse. Lambinus hinc multa interponit de suo planis ex superracuo, quod nos datus, est à m. Pall. item editione Victori.

⁸ Neque ab aliis decile videatur.

⁹ Scilicet causa omnium intropiscere. Ita viderat legi se in antiquo P. Manut. quon. oculo eru omnia: & Palatino ite, alii confirmavimus minus bene.

¹⁰ Sunt, ex sumis: præcessit. Est à melioribus Palli, editisque à Victori, alii sunt, & signaverunt ipsi præcessit.

nentium. Item igitur, si sine divinatione non potest officium, & munus divinationis exstante, potest autem cum quis divinationem habeat, errare aliquando, nec vera cernere: satis est ad confirmandam divinationem, semel aliquid ita esse divinatum, nihil ut fortuito cecidisse videoatur. Sunt autem eius generis innumerabiles, esse igitur divinationem confundendum est. Feslire & breviter, sed cum his sumit quod voluit, etiam si facileis nos ad concedendum habuerit: id tamen, quod assumit, concedi nullo modo potest. Si, inquit, aliquando oculi peccent, tamen, quia recte aliquando viderint, iust in iis vis videndi. Item, si quis sensu aliquid dixerit, etiam cum peccet, tamen existimandus sit habere vim divinandi. Vide, quoque, Cratippe noster, quām sint ista similia, nam mihi non videntur occuli enim vera cernentes, utuntur natura, atque sensu: animi si quando vel vaticinante, vel somniante vera viderunt, usi sunt fortuna, atque casu. Nisi forte concessuros tibi existimas eos, qui somnia pro somniis habent, si quando aliquid somnium verum evaserit, non id fortuito accidisse. Sed demus tibi istas duas similitudines, ea, quāz ληψεις appellant dialectici: sed nos Latinē loqui malamus, & præsumptio tamē, quam σημαντικά idem vocant, non dabitur. Assumit autem Cratippus hoc modo: *Sunt autem innumerabiles præstationes non fortuita.* At ego dico nullam. Vide, quāta sit controversia. Jam assumptione non concessa, nulla conclusio est. At impudentes sumus, si qui, cum eam perspicuum sit, non concedamus. Quid est perspicuum? Multa vera, inquit, evadere. Quid, quod multo plura fallit? nonne ipsa varietas, quāz est propria fortunæ, fortunam, est causam, non naturam esse docet? deinde, si tua ista conclusio, Cratippe, vera est: (tecum enim mihi res est) nonne intelligis eādem uti posse & haruspices, & fulguratores, & interpres ostensorum, & augures, & sortilegos, & Chaldaeos? quorum generum nullum est ex quo non aliquid, sicut prædictum sit, evaserit. Ergo aut ea quoque genera divinandi sunt, quāz tu rectissime improbas: aut, si ea non sunt, non intelligo, cur hæc duo sint, quāz relinquis, quāz ergo ratione hæc inducis, eādem illa possunt esse, quāz tollis. Quid vero habet auctoritatis fons iste, quem *divinum* vocatis, ut, quāz sapiens non videat, ea videat insanus, & is, qui humanos sensus amiserit, divinos affectus sit? Sibyllæ versus obseruamus, quos illa furens fuisse dicuntur, quorum interpres nuper fallit quādam hominum fama disturitus in senatu putebatur, eum, quem *ra vera regem habebamus*, appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus. Hoc si est in libris, in quem hominem, & in quod tempus est? callide enim, qui illa compofuit, perficit ut, quodcumque accidisset prædictum videretur, hominum, & temporum definitione sublata. Adhibuit etiam latebram obseuritatis, ut idem versus aliis in aliam rem posse accommodari viderentur. Non esse autem illud carmen furentis, cum ipsum poëma declarat (est enim magis artū, & diligentia, quāz

1. Si quis sensu aliquid dixerit.) Vulgati in hunc usque diem, aliquid in divinatione dixit. sed deler glosas illam auctōr. tate Palacini primi, ubi eius ancylola, nec vestigium. & supra noravi, dicere idem esse quod prædicta.

2. Præsumptio, quam σημαντική, &c.) Si libros nostros, & S. Victoris, mō si editos à Victorio, Sturmio, Camerario, sequimur; referendū est plane præfatio: quod item repulsiū, nisi iterat̄ se Cicero linea sequenti.

3. Quod cum tam præsumum sis, &c.) Vulgari, quāz quod, sed præter Pall. præter S. Victoris, præter Petri Victorii ad Itonem, quāz quod heic lega poterat Camerario, Sturmio, quāz supra.

4. Ex primo versu littera.) Notet etiā si cito exstare in Pall. pr. & sec. primi, non primi.

5. QUĀZ ENNIUS FECIT.) Expressi quod erat in Pall. alli malo, quāz Ennius, de quo y deator Henr. Stephanus: Schol. a mate lānuarii sui Clariſsus vir Claud. Pūcanus. Ita hæc habebat pro iuribus.

6. Atque in Sibyllinis.) Fortan. Aequem, &c.

7. Ex primo versu eaque sciat ne a primo littera illius sententia iacit, &c.) Pall. pr. non agnoscit, prima littera illius sententia. & respici-

incitationis, & motus) tum verba, quāz ἀρχής dicitur, cūa deinceps 4 ex primis versis litteris aliquid connectitur, ut in quibusdam Enniianis, 5 qua Ennius fecit. id certe magis est attenti animi, quām furentis. 6 Atque in Sibyllinis 7 ex primo versu cujusque sententie primis litteris illius sententia carmen omne praetextur. Hoc scriptor est, non furans: adhibentis diligentiam, non infani. Quarobrem Sibyllam quidem sepositam, & conditam habeamus, ut id quod proditum est a majoribus, injussu senatus ne legantur quidem libri, valeantque ad deponendas potius, quām ad suscipiendas religiones; cum antistitibus agamus, ut quidvis potius ex illis libris, quām regem proficerant: quem Romæ post hæc nec dii, nec homines esse patientur. At multi tæpe vera vaticinati, ut Cassandra.

Jamque mari magno.

Eademque paulo post:

Ebū vides —

Num igitur me cogis etiam fabulis credere? quāz delectationis habent, quantum voles: verbis, sententiis, numeris, cantibus adjuventur: autoritatem quidem nullas debemus, nec fidem commentitatis rebus adjungere. Eodemque modo nec ego Publicio nescio enī, nec Martiis vatisbus, nec Apollinis operis credendum existimo: quorum partim facta aperit, partim effutita temerè, numquam ne medie quidem cuiquam, non modo prudeant, probata sunt. Quid? inquires: remex ille de classi Coponii, nonne ea prædicta, quāz facta sunt? Ille vero. & ea quidem, quāz omnes eo tempore, ne acciderent timbamus, castra enim in Thessalia easbris collata audiebamus: videbaturque nobis exercitus Caesaris & audacia plus habere, quippe qui patrī bellum intulisset: & roboris, propter vetustatem. Casum autem prælii, nemo nostrum era, qui timeret: sed ita, ut constantibus hominibus par erat, non aperit ille autem Grecus quid mirum, si magnitudine timoris, ut plerumque fit, à constantia, atque à mente, atque à se ipse discessit? quāz perturbatione animi, quāz, fanus cū esset, timebat ne euenirent, ea domini eventua esse dicebat. Utrum tandem per deos, atque homines, magis verisimile est, velenum remigem, an aliquem nostrum, qui ibi tum eramus, me, Catonem, Varronem, Coponium ipsum, consilia deorum immortalium & perspicere potuisse? Sed jam ad te venio,

9. O sancte Apolloni qui umbilicum certum terrarum obsidet,

Unde superfluo pīrrum to seva evasit vox sera.

Tuis enim oraculis Chryslippus totum volumen impletivit partim falsis, ut ego opinor partim casu veris, 11 ut sit in omni oratione sapientissima: partim flexiloquias, & obscurias, ut interpres egeat interprete, & fors ipsa ad sonoris referenda sit; partim ambiguas, & quāz 12 ad dialecticū referenda sint. Nam cum fors illa edita est opulentissimo regi Asia,

CROESVS HALYM PENETRANS MAGNAM YER-
VERTET OPVM VIM:

hostium

unt sane aliquid falsi, quamvis in prioribus omnia forte nondum emulata. Poenarius adnotat, reperit in veteri scripto, ex primis versis cujusque sententia littera, videendum Dyon. Halicarnassium, Lib. 1. Antq. Rom. & Essebūm in oratione ad Christianos.

8. Perspicere posuisse?) Sancti orationes sequi oratione, longè alia exteriores, & melior forte sententia habent: enī in S. Victoris, scribi Pall. quanto resipisci: secundus præceret, resipisci non posuisse.

9. O sancte A. alle.) Prima littera versus expungenda potius, ut fiat trochaicus; quād ut cum Lambino recribamus, carmine secundo contra libros: Unde haec superflua.

10. Sæp. raga vix fera.) Iunior, coniiciebas, sap. crux vix fera, nunc, malo a quād non intel' igere, quām indulgere d'ivationi quālunque; quām debere ingenii mel' oris doctrinæ frugis saturis iudicium.

11. Ut sit in omni oratione sapientissima: partim flexiloquias.) Idem harilabat, ut sit in part' metricali apud; omisso medijs tanquam à manu in tempo a' orum, nunc taceo.

12. Ad dialecticū referenda.) Duo Palatini Veriores, deferenda sunt, neque alter redit Victorius, etiam S. Victoris liber deferenda.

1. Sit

hostium vim sese perversum putavit, pervertit autem suam. Utrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisse. Curautem hoc credam unquam editum Croeso? aut Herodotum cur veraciorem ducat Ennius? num minus ille potuit de Croeso, quam de Pyrro tingere Ennius? quis enim est, qui credat, Apollinis ex oraculo Pyrro esse consensu?

AIO TE AACIDA ROMANOS VINCERE POSSE.
Primum Latinè Apollo numquam locutus est. deinde ista
fons inaudita Grecis est, præterea Pyrrhi temporibus jam
Apollo vetius facere desierat. postremò, quamquam sem-
per fuit, ut apud Ennium est,

Solidum genus Acicarum,

Bellissimis sunt magi, quam sapientipotentes :
tamē hanc amphiboliā virtus intelligere potuisset,
VINCERE TE ROMANOS, nihil magis in se, quām in
Romano valere. Nam illa amphibolia, quaē Cœsum de-
cepit, vel Chrysippum potuisset fallere, hoc verò ne Epি-
curo quidem. Sed, quod caput est, cur isto modo jam ora-
cula Delphis non eduntur, non modò nostra x̄itate, i sed
jamdiu, iam ut nihil possit esse contemnius? Hoc loco cū
urgentur, evanuisse ajunt vetustate vim loci ejus, unde antie-
tatis illae terra fieret, quo Pythia mente incitata oracula e-
deret. De vino aut fallimento pures loqui, quæ evanescunt
vetustate, de vi loci agitur, neque loquuntur naturali, sed etiam
divina; quæ quo tandem modo evanuit? Vetustate, in-
quietes. Quæ vetus est, quæ vim divinam confidere possit;
quid tam divinum autem quām afflatus ex terra mentem
ita movens, ut eam providain rerum tuturam efficiat, ut
ea non modò cernat muliō anīe, sed etiam numero, veru-
que pronuntiet? quando autem ista vis evanuit? an post
quam homines minus creduli esse coepierunt? Demosthenes
quidem, qui abhinc annos prope ccc. fuit, jam tum
Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo fa-
cer, hoc autem ed spectabat, ut eam à Philippo cotupram
diceret quo licet existimat, in aliis quoque oraculis Del-
phicis aliquid non sinceri fuisse. Sed nescio quomodo isti
philosophi, superstitionis, & pñē fanatici, quidvis malle-
videntur, quām se non ineptos. Evanuisse travultis, &
extinctum esse id, quod si unquam fuisse, certè alienum
esse, quā es, quæ non sunt credenda, non credere. Simi-
lis est error in somniis: quorum quidem defensio repetita
quam longe est? divinos animos censent esse nostros, eosq;
esse tractos extintos, animorumq; consentientium mul-
titudine completum esse mundum: hac igitur mentis, &
ipsius divini tute, & conjunctione cum externis mentibus
tempi sive futura. Contrahit autem animalium Zeno, &
quā labi putat, atque concedere, & ipsius esse dormire
jam Pythoras, & Plato locupletissimi auctores, quo in
sonans certiora videamus, preparatos quodam cultu, atq;
victu proficiunt ad dormientium iubent, faba quidem Py-
thagorei utique abstinent: quasi verò cibo mens, non
venter infleuit. Sed nescio quomodo n̄ i H̄ T A M absurdum
dicti potest, quod non dicitur ab aliquo philosophoriū
Utrum igitur censemus dormientium animos & per le-
ipsos somnianti moveri, an, ut Democritus censet, exter-
na, & adventitia vitione pulsari? tū enim hic est, five illo
modo, videri possunt somniantibus falsa pro ve-
nis Nam & n̄ navigantibus moveri videntur ea, quæ stant: &
quodam obtutu oculorum duo pro uno lucerne lumina
Quid eam insani, quid, ebris est quam multa falsa videan-
tis? quod si tunc modi vīs creditum non est, cur somniantibus

credatur, nescio, nam tam licet de his erroribus, si velis, quādē somniis disputare; ut ea, quā stant, si moveri videantur, s̄erū motū significare dicas, aut repentinam aliquam fugam: gemino autem lucernā lumine declarari, dissonum, ac seditionē mōveri. Jam ex infanorum, aut ebrio: utrū viris innumerabilis conjectura trahi possunt, quā futura videantur. Quis est enim, qui totum diem jalulans, non aliquando coīlineat? 4 toras nocteis somniamus; neque illa ferē est, quā non dormiamus: & miramur, aliquando id, quod somniantim⁹, evadere? quid est tam incertum, quād talorum jaclus? tamen nemo est, qui sepe jaclans, Venereum jaciat aliquando, non rūmquā etiam iterum, ac fideliter, num igitur, ut inepti, Venereis dī fieri impulsi malum⁹, quād casu dicere? quid si ceteris temporibus, falsis visis cī redendum non es̄; non video quid pricipui somnus habeat, in quo valcent falsa pro veris. Quid si ita natura paratum es̄; ut ea dormientes agerent, quād somniant̄; s̄ alligandi omnes es̄; qui cubitūrent, maiores enim, quād illi infanti, efficerent motus somniantes. Quid si infanorum rūs; fidēs non est habend⁹, quia falsa sunt; cui credatur somniorum vīs; quād multo etiam perurbatoria sunt, non intelligo. an quod infante sua vīsa conjectori non narrant, narrant qui somniaverunt? Quād etiam, si velim scribere quid, aut legere, aut canere, vel voce, vel fidibus, aut geometricum quiddam, aut physicum, aut dialechicū, explicare, somnumne expectandum sit, an ars adhuc, sine qua nihil carum rerum nec fieri, nec expediti potest? Atqui, ne si navigare quidem velim, ita gubernarem, ut somniaverim. pralen⁹, enim p̄ea si Quād igitur convenit, argos à conjectore somniorum potius quād à medico petete medicinam? an Aesculapius, an Serapis potest nobis praescibere per somnium curationem valetudinis; Neptunus gubernabitus non potest? &c, si fine medico medicinam dabit Minerva; Musæ scribendi, egeni, ceterarum artium scientiam somniantibus non dabunt. At si curatio daretur valitudinis, hæc quoque, quā dixi, darentur, quād quoniam non dantur, medicina non datur. quād sublata, tollitur omnis auctoritas somniorum. 6 Sed hæc quoque in promptu fuerint: nunc interiora videamus. Aut enim divina vis quādam, confulens nobis, somniorum significaciones facit; aut conjectores ex quādam convenientia, & coniunctione naturæ, quam vocant *ovulum*, & *terram*, quid cuique rei conveniat, ex somniis, & quid quād tenet sequatur, intelligent: aut eorum neutrum est, led quād datur observatio constans, atq; diurna est, cūm quid visum secundum quietem sit, quid evenire, & quid sequi solet. Primum igitur intelligendum est, nullam vim esse divinam, et testicem somniorum. Atq; illud quidem perspicuum est, nulla vīsa somniorum proficiēti à nūmine deorum, nostrum enim causa dī, si facerent, ut provideat furta postleimus. Quotus igitur cīt qui, quād, qui somnii p̄earat? qui intellegat? qui meminerit? quād multi vērō, qui conservant eam, quād superstitionem imbecilli animi, atque anilis putent? quid est igitur, cur his hominibus consulens deus, somnioneat eos, qui illa non modō cora, sed ne memoria quād digna ducant? Nē enim ignorante deus potest, quemque quisque sit: nec fruſtra, ac sine causa, quid facere, dñnum deo est: quod abhorret etiam ab hominīs, constantia si pleraque somnia aut ignorantur, aut negliguntur; aut nec deus, aut fruſtra somniorum significations utatur. Sed horum neutrum in deum cadi, nihil igitur à deo somnus significari latet, illud etiam require, cu

1. sed iam diu, iam ut nibil.) Merito ne locus mala laborerit in certa-
tione, siquicunctor quam habetur nam Pal. pr. & tunc sed fandis
futuris modo ut nibil, neque aliud ergo ars, nisi si possit adhuc inficiat,
futuris residu. S. Victor. si sed jam diu rancorans ut nibil, &c. S. Victor.
nus valgivis, fidam diu, ut nibil.

3. Non aliquando cõmpter. Ita Palli omnes S. Victoris, sed hæc facie

3. Non aliquando coniuncte.) Ita Pall. omnes S. Victoria, sed hac facie

² continet, sic in isdem linimenta vitas pro linimentis.

4. Tunc noster somniamus, &c.) Confirmant hanc lectio nem Pall. Mutatus tamē lib vi. Vat. lect. c. 6. emendat. ut acutiss. dominimus, quod non somniamus, quod statim patet Lat. b.

5. *All gaudi omnes efficiuntur.*) Pali prim. non habet efficiere, neque eos deo
egentientia.

Sed hoc quoque in promptu scripsit. Illud fuerint redonavi Tull. o. fl. gitantibus Pall. quatt. 5. Vi. Et. & edit. Victoriae.

Si deus ista visa nobis providendi causa dat, non vigilantes potius det, quam dormientibus. Sive enim externus, & adventitus pulsus animos dormientium commovet, sive per se ipsi animi moventur, sive quæ causa alia est, cur secundum quæceterum aliquid videtur, audire, agere videamur. Eadem causa vigilantes esse poterat: idque si nostra causa dicit secundum quietem facerent, vigilantes idem facerent; præterim cum Chrysippus, Academicos refelleret, permulcere clariora, & certiora esse dicat, quæ vigilantes videantur, quæ somniatoribus. Fuit igitur divina beneficentia dignus, cum conlueret nobis, clariora vita dare vigilantes, quæm obscuriora per somnum, quod quoniam non sit, somnia divina putanda, non sunt. Jam vero quid opus est circuitione, & amictu, ut sit utendum interprebus somniatorum, potius quæm directo? deus tamen nobis consuluebat, HOC FACITO. HOC NE FECERIS, diceret? idq; visum vigilans i potius, quam dormientibus dat? iam vero quis dicere audeat, vera omnia esse somnia? ALIQVOT SOMNIA VERA, inquit Ennius; sed OMNIA NON EST NECESSERE. Quæ est tandem ita distinctio? quæ vera, quæ falsa? hec? & si vera à deo mittuntur falsa, unde nascentur? nam si ea quoq; divina, quid incontenitius deo? quid initius autem illa, quæ mortaliis mortalium fallit & mendacibus visu concitat, et in vera via divina sunt; falsa autem & inania, humana quæ est ista designatio? lenti, ut hoc deus, hoc natura fecerit potius, quam aut omnia deus, quod negatis, aut omnia natura? quod quoniam illud negotiis hoc necessari oportet, non est. Nam tam autem eam dico, qua numquam animus insilens, agitatio, & motu esse vacuus potest. Is cum languore corporis, nec membris uti, nec sensibus poreat, insidet in vitalia, & incerta ex reliquis, ut ait Aristoteles, in habitibus, earum rerum, quas vigilans fieri, aut cogitari: quæcum perturbatione mirabiles interdum existunt species somniatorum. Quæ si alia vera, alia falsa: quæ nota introverscantur, scire lane velim. Si nulla est, quid istos interpretes audiamus? si quæpam est, et aveo audire, quæ sit. Sed hæc debunt, venit enim in contentione, utrum sit probabilis DEOS NE IN MORTALEIS, rerum omnium praeflantia excellentiis, conciliare omnipotum mortalium, qui ubique sunt, non modo lectos, verum etiam grabatos, & cum terrente aliquos viderint, obiectere his visa quædam tortuosa, & obscura, quæ illi exterriti somnia ad conjectorem manè defensant, et non natura fieri, ut mobiliter animus agitatus, quod vigilans videtur, dormiens videtur, utrum philosophia dignius sagarum superstitione ista interpretari, an explicatione naturæ. si jact fieri possit conjectura vera somniatorum, tamen isti qui proficiuntur, eam facere non possunt: ex levissimo enim & indistinctissimo genere constant Stoici autem tui negant quemquam, nisi sapientem, divinum esse posse. Chrysippus quidem divinationem definit his verbis, vim cognoscendem, & videntem, & explicantem ligna, quæ dīs hominibus portendantur: officium autem esse eius, prænoscere, dei erga homines mente quæ sint, quidq; & significant, quemadmodumque ea pociuntur, atque expertentur. Idemque somniatorum conjectione definit hoc modo. Effe vim cernentem, & explanantem, quæ à dīs hominibus significentur in somnis. Quid ergo, ad hac mediocri opus est prudenter, et ingenio præstanti, & eruditio perfecta? talem autem cognovimus neminem. Vide igitur ne, etiam si divinationem tibi esse concessero, quod numquam faciam, neminem tamen divinum reperire possumus. Qualis autem ista mens est deo-

rum, si neq; ea nobis significant in somnis, quæ ipsi per nos intelligamus, neque ea, quorum interpres habere possumus? similes enim sunt dii, si ea nobis obscurunt, quorum nec scientiam, & neq; explanatorem habemus tamquam si Poeni, aut Hispani in senata nostro loquerentur sine interprete. Jam vero quid pertinent obscuritates, & enigmata somniiorum? intelligi enim a nobis di veile debebant ea, quæ nostra causa nos monerent. Quid? poëta nemo, nemo physicus obscurus? ille vero nimis etiam obscurus Euphorion, et non Homerus. Uter igitur melior? Valde Heraclitus obscurus; minime Democritus, num igitur conferendis mea causa me mones, quod non intelligam? Quid me igitur mones? ut si medicus agroti imperet, ut suauet

Terrigenam, herbigradam domi portam, sanguine cassam, portus quam hominum more, cochleam, dicere. NAM 3 Pacuvianus Amphion,

Quadrupes tardigrada, agrestis, hirsuta, astra, Capit brevi, service anguina, ad spuma truci,

Eviscerata manna, cum animalis fons

cùm dixisset obscurus, tum Attici respondent: Non intelligimus, nisi aperte dixerit. At ille uno verbo, Testudo. Non potueras hoc citetur a principio, cithara, dices? Deterit ad conjectorem quidam, somnia sic le, ovum pendere et fascia lecti lui cubicularis. Et hoc in Chrysippi libro 10. minum. Respondit conjector thesauros defossorum esse sub lecto fodit: inventi auri aliquantum, idque circumdatum argento. Multis conjectori quantum visum est de argento. Tam ille nihil, inquit, de vicedo? id enim ei ex ovo videbatur aurum de celo rasse; et iquam, argentum. Nemone igitur umquam aliis ovum somniavit? eum ergo hic nescio qui thesauro solus inventi? quam multi in opes, digni praesidio deorum, nullum somnio ad thesauros reperiendum admonentur? quam autem ob causam tam est obscuræ admonitus, ut ex ovo nascatur thesaurs similitudo potius, quam aperi thesaurs quætere, ubi erit. Sic cui aperi Simones vetutis est navigare? Ergo obscuræ somnia, & minime conscientia m. festati deorum. Ad aperta, & clara veniamus, quale est de illo interfecto a caprone Megaris: quale de Simonide, qui ab eo, quem humanus, veritus est navigare: quale etiam de Alexandro: quod à te præterit esse miror: qui, cum Ptolemaus, familius ejus, in pælio rō venenato iitus esset, et que vulnere sumptuoso dolore moretetur: Alexander affidens somno est consopitus. Tum secundum quietem visus ei dicitur draco is, quem mater Olympias alebat, radiculam ore ferre & sumus dicere, quo illa loci nascetur, (neque is longe aberat ab eo loco) ejus autem esse vim tantam, ut Ptolemaus um facili sanaret. Cum Alexander experientus narrasset amicis somnum, emisisse qui illam radiculam quererent, quæ inventa, & Ptolemaus sanatus dicitur, & multi milites, quæ erant eodem genere teli vulnerati. Multa etiam sunt aetate et historiis prolatæ somnia, matri Phalaridis. Cyri superiores, matris Dionysi, Poeni Hamilcaris, Annibalis, P. Decii pervulgatum jam illud de prefule Gracchi etiam: & recentis Cecilia, Balearici filia, somnum. Sed hæc extera, ob esque causam ignota nobis sunt: nonnulla etiam facta fortassis, quis enim audierit illorum? de noctis somniis quid habemus dicere, tu de mero me. & equo ad ripam ego de Mario cum fascibus laureatis me in suum deducam jubente monumentum? Omnia somniatorum, Quinte, una ratio est: quæ, per deos immortalis, videamus ne nostra superstitione, & depravatione saperetur. Quem enim tu Marium visum: à me putas? Speciem, credo, ejus, & imagio.

1. Aver audire. 2. Pall. omnes veteri modo serendi, habet.

2. Non explorauerat. 3. capl. que Palat. notum, neque fecerit editio V. Etior. v. 1. quæ expl. invenit.

3. Pacuvianus Amphion. Recepta lecto o. Amphion. sed alterum restat in libro 5. V. Etior. in Pal. p. 1. ac sec. denique in edit. s. ab Vict.

4. Minime conscientia m. festasti deorum, ita Pall. & S. Vi. Etior. omis-

so fons, quod in omnibus publicatis.

5. Illud de prefule. 6. jam primum redditor Ciceroni, inventum a Palatinis, quatuor & codice S. Victor. alii omnes editiones prefule. Iusta et amera in Pal. pr. & S. Vi. cap. non capta, sed tametsi non erat ut textus immittentes.

imagines, ut Democrito videtur. Unde profectam imaginem à corporibus enim solidis, & à certis figuris vultu scilicet imagines, quod igitur Marii corpus erat? Ex eo, inquit, quod fuerat plena sunt imaginum omnia. ita igitur mea imago Marii in campum Attinatem persequeretur, nulli enim species cogitari potest, nisi pulsa imaginum. Quid ergo? ita imagines ita nobis dicto audientes sunt, ut simulacra velim scilicet etiam carum rerum, quae multe sunt? quae est enim a forma tam inusitata, tam nulla, quam non sibi ipse animus possit effingere? ut, quae numerum vidimus, & ea tamen informata habeamus, oppidam situs, hominum figuram. Num igitur, cum aut muros Babilonis, aut & Homer faciem cogito, imago illorum me a qua petat? Omnia igitur, quae volumus, nota nobis esse possunt. nihil est enim de quo cogitare nequeamus. Nulla ergo imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus, nec omnino fluant illæ: nec cognovi quemquam, qui majore auctoritate nihil dicet. anixerum est ea zu, sagittaria, uscigentia, vigilantes, nulli adventio pulsu, sed suo motu, incredibili quadam celeritate. Hi cum sustinuntur membris, & corpore, & sensibus, omnia certiora cernunt, cogitant, sentiunt. cum autem hæc subtrahita sunt, desertusque animus languore corporis, tum agitatur ipse per se, ita ut ex eo de formæ veriantur, & actiones: & multa autem, multa dici videntur. Hæc scilicet imbecilio, remissio, animo, multa omnibus modis confusa, & variata verantur, maxime reliqua earum rerum moveruntur in anima, & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus, aut egimus; ut mihi temporibus illis multum in animo Marius vestibatur, recordanti, quæ in ille gravem suam easum magistrum, quām constanti tulisset. Hanc credo caufam de illo somniandi fuisse. Tibi autem de me euna sollicitudine cogitanti subito sum vias emeritus es flumine. in eadem autem in utriusque nostrum animis, vigilantium cogitationum negligia. At quædam adjuncta: ut mihi de monumento Min: tibi, quod equus, in quo ego vobebat, mecum una densitas nivis apparuit. An tu censes ullam animum tantum futuram fuisse, ut somniis crederes, nisi ista causa nonnumquam, forte temere concurrenter? Alexandro draconio visus est. Potest omnino hoc esse falsum, potest venire; sed utrum sit, non esse mirabile, non enim audiuit ille draconem loquenter, sed est visus audire: & quidem quo maius sit, cum radice ore teneret, locutus est, sed modis magnis somnianti. Quaro autem cur Alexander tam illustre somnium, tam certum, nec huic eidem aliis, nec multa ceteris. Mihi quidem, prater hoc Mariam, nihil fane, quod meminiterem. & Frustra igitur consumatior noctestans longa in astate. Non quidem propter intermissionem forensis operæ & lucubrationis detraxi, & meditationes ad didi, quibus uia ante non solebam: nec tam mulier dominiens, ullo somnio fuso admonitus, tanis pugnatum de rebus: ne mihi magis usquam videor, quam cum aut in toto magistratus, aut in curia senatus video, somnare. Etenim ex divisione hoc secundum est, quæ est continuatio, coniunctione naturæ (quam, ut dixi, vocant etymologos) ejusmodi, ut si cœlatur ex ovo intelligi debeat: nam medicis ex quibusdam rebus & advenientias, & cœlentias noscere intelligent: nonnulla etiam validitudinis

significationes, ut hoc ipsum, pleni, anelli, vos firmus, ex quodam genere somniorum intelligi posse dicuntur. Thesaurus vero & hereditas, & honos, & victoria, & multa generis eiusdem, qua cum somniis naturali cognitione junguntur. Dicitur quidam, cum in somnis complexu Venerio jungetur, calculos ejecisse. video sympathiam. visum est enim tale objectum dormienti, ut id, quod evenit, natura via, non opinio erroru efficerit. Quod igitur natura obtulit illam specimen Simonidi, à qua vetaretur navigare? aut quid natura copulatum habuit Alcibiadis, quod scribitur, somniū meū qui paulo ante interitum, visus est in somnis amicū esse amictus amiculo. Is cùm esset projectus in humatus, ab omnibusq; desertus jaceret: amica corpus ejus texit suo pallo. Ergo hoc inerat in rebus futuris: & causas naturales habebat: an, & ut videbatur, & ut eveniret, cæsus effectus. Quid p̄ ipsorum interprætum conjecturis, nonne magis ingēna declarant eorum, quam vim, consensumq; natura? Cur for ad Olympia proficiē cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vobi, manè ad conjectorem. At ille, Vincere, inquit, id enim celeritas significat, & vis equorum. Post idem ad Antiphonem. Is autem, Vincere, inquit, necesse est. An non intelligis quatuor ante te cœcurrere? Ecce alius cursor, atque horum somniorum, & talium plenus est Chryssippi liber, plenus Antiparti, sed ad cursorē redet, ad interpretē detulit, aquilam se in omniū visum effigiam. At ille, Vicisti, ista enim avi volat nulla vehementiū. & Huic eisdem Antiphon Baro, inquit, te vinctum esse novides? ista enim avis insectans alias aves & agitans, semper ipsa postrema est. Parete quādam matrona cupiens dubitabat esse p̄ pregnans, visa est in quiete obsignata habens naturam. & retulit. Negavit eam, quoniam obsignata fuisset, concipere potuisse. At alter, prægnantem esse dixit, nam inane obsignari nihil solere. 10 Quæ est ista ars conjectoris, eludentis ingenio? an ea, quæ dixi, & innumerabilia, quæ collecta habent Stoici, quæ magni significant, nisi acumen hominum, ex similitudine aliqua, conjecturam modò huc, modò illuc ducentum? Medici signa quādam habent ex venis, & ex sp̄itu zgroti: multisque ex aliis futura praefuenti. Gubernatores cùm exultantibus lorigines visiderint, aut delphinos se in porrum conjicienteis, tempora tem significari putant. Hæ ratione explicari, & ad naturam facile revocari possunt: ea verò quæ paulo ante dixi, nullo modo. At enim obseruat̄ diuturna, (hac enim pars una restat) notandis rebus fecit artem. Ant tandem somnia observari possunt? quoniam modo: sunt enim innumerabiles varietates. Nihil tam præpostete, tam inconditæ, tam monstruosæ cogitari potest, quod non possimus somniare. Quo modo igitur hæ infinita, & semper nova aut memoria complecti, aut observando notare possimus? Astrologi motus erentium stellarum notaverunt, inventus est enim ordo in iis itellis, qui non putabantur cedō tandem, qui si ordo, aut q̄d concursatio somniorum? quo modo autem distinguunt possunt vera somnia à falsis, cū eadem & aliis aliter evadant, et & iisdem non semper eodem modo: ut mihi mirum videatur, cū mendaci homini, ne verum quidem dicenti credore soleamus, quo modo iti, si somnum verum evalit aliquod, non ex multis potius uni fidem derogant, quām ex uno innumerabilia confirmant. Si igitur nequ

Ex eis inquit quid faciat.) Recte Pal. tamen pr. gneat. sec. fixat.

¹ *Latinitate inscripta.* Non displiceret quod est in Pall. prim. ad. sc. lat.
² *Latinitate informata.* Est à Pall & Victoria editione ab aliis format.

S. Victoris liber id fuisse.

4. Homer: fauorem cogito, *image* illorum.] Pal. pt. cogita. unde forte nō male Pal. cert. & quart. cogito cogitato, *image*. sicutque etiam VVouven liber sed bene habet vulgata.

5. *Nicetii merabile.*) Et à Pall. tribus & S. Vi. & item editione V.
dicitur *magis*, ill.

7. Hoc ergo dea Satyris; Bacchus inquit, te vidi non esse nondum id est Bacchus.

10. The following table gives the number of hours per week spent by students in various activities.

aliter Pal. pr. ac sec. nam tert. heic mutilos est; quartus vero vocem illam inservit omilii; quam tamen etiam in scriptis iuis reperi. Victorius. Volgari. Antibus. Tu vero, inquit, insulse.

8. Regulus. Ita libri nostri. nepte. igitur Lambinus interponit ad sententiam perspicuitatem de suo, ad confitorem. real. e. satis subintelligitur.

10 Quae illa res conjecturis.) Pall. non agnoscunt ista, nequaquam
habet in Vistoriana.

11. Es: eadem non semper eadem modo.) Palpe. habet amplius, & iudic.
septem et infraeum non semper aliquid certe in eo latet. I. Q. 22

neque deus est effector somniorum, neque naturæ societas ullæ cum somniis, neque observatione invenit potuit scientia: effectum est, ut nihil prorsus somniū tribendum sit: præsertim cum illi ipsi, qui ea vident, nihil divinat: ita, qui interpretantur, conjecturam adhibeant, non naturam: CASVS autem innumerabilibus pñm facilius in omnibus plura mirabilia, quām in somniorum visis efficeret: neque conjectura, quæ in variis partes duci potest, nonnumquam etiam in contrarias, & quidquam sit incertius. Explodatur hæc quoque somniorum divinatio patitur cum ceteris, nam ut verè loquamur, superfluita fusa per genteis, opprimit omnium ferè animos, atque hominum imbecilitatem occupavit. quod & in his libris dictum est, qui sunt de natura deorum: & hac disputatione id maximè egimus. multum enim & nobismet ipsis, & nostris profuturi videbamus, si eam funditus sustulissimus. Nec verò (id enim diligenter intelligi volo) superstitione tollenda religio solitus. Nam & MAJORVM INSTITUTA tueri factis, cæterominiisque retinendis, sapientis est: & esse præstantem aliquam, æternam que naturam, & eam suspicendam, admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cælestium cogit confiteri. Quiamobrem ut religio propaganda etiam est, quæ est iusta cum cognitione naturæ: sic superstitione & stirps omnes ejicienda, instat enim, & urget, & quocumque te verteris, persequitur; sive tu vatemi, sive tu

1. *Quidquam sit incertius.*] Pal. pt. certius, quod fortan referendum ad celum, ut conjectura, quæ sit certa ac causa; hoc est incertissima, sed cum reliqui codi, ei non disipulentes, non eis quod libatoe unam unum tribuamus.

2. *Stirpes omnes ejicienda.*] Sic mīli nostri, sed more suo, unica litera sciendi fructu alijs conjecturæ operantur. quippe ejiciende stirpes jam an ea evolvunt sint ex parte que radicibus oportet; quo ipso, nonquam certe renalcuntur si tamen quod morandum, malum eligantur, satis quodmodo locutus noster sine libro III. Tunc. q̄est. pro quo tamen

omen audieris; sive immolaris, sive avem asperges; si Chaldaicum, si haruspicem videris; si fulserit, si tonuerit, si testum aliquid erit de celo, si ostenti simile natum, festumve quippam: quorum necesse est plerumque aliquid eveniat: ut numquam licet quieta mente consistere. Per fugium videtur omnium laborum, & sollicitudinum esse somnus, at ex eoipso plurima cura, metusque nascentur. qui quidem ipsis per se minus valent, & magis contemnerentur, nisi somniorum patrocinium philosophi suscepissent, nec ii quidem contemtissimi, sed in primis acuti, & consequentia, & repugnantia videntes: qui prope iam absoluti, & perficiuntur. quorun licentia nisi Carneades resiliisset, haud scio, an sibi jam philosophi judicarentur, cum quibus omnis ferè nobis disceptatio, contentioque est, non quod eos maximè contemnamus: sed quod videntur acutissimæ sententias suas, prudentissimeque defendere. 4. Cùm autem proprium sit Academia, iudicium suum nullum interponere, ea probare, quæ simillima veri videantur, conferre causas, & quid in quamque sententiam dici possit, expromere, nulla adhibita sua auctoritate, iudicium audiendum relinqueret integrum, ac liberum: tenetibus hanc confuetudinem à Socrate traditam: eaque int̄ nos, si tibi, Quinte frater, placebit, quām sibi plisiū uteatur. Mihi verò, inquit ille, nihil potest esse jucundius. Quæ cùm essent dicta, surreximus.

vulgati elidunt.

3. *Et quocunq; re vere.*] Haec aliter haec usque eis, sed non recte? Pall. enī quatuor & Iher. & Victor. nulla litera variante præferunt, & quæ, Quinti vere, logo: verò Ciceronem cum fratre suo Quinto, satius constat, verum videntur Senatus Criticus, ego falso.

4. *Cum autem proprium sit Academias.*] Pal. tert. & S. Victor. non habent vocalam propria, sed cùm resit in aliis illis nostris melioribus, nihil ei adhuc moveo controversias.

M. TULLII CICERONIS D E F A T O, LIBER SINGVLARIS. Deest principium.

1. *Via pertinet ad mores, quos h̄ḡ illi vocant, nos*
eam partem philosophiæ, de moribus appell. re solemus;
sed decet augentem linguam Latinam, & nominare moralem explicandaq; vis est ratiōq; enuntiationum, quæ Graci
n̄ Gracij vocant, quæ de re futura, cùm aliquid dicunt, deque eo, quod possit fieri, aut non possit, quam vim
habent, obscura qualit̄ est: 3 quæ *dei doctri* Philosophi appellant: totaque est logicæ; quam rationem
differendi voco. Quod autem in aliis libris feci, qui sunt de
natura deorum; itemque in his, quos de divinatione edidi,
ut in utramque partem perpetua explicaretur oratio, quo
facilius id à quoque probaretur, quod cuiq; maximè pro
babile videretur, in id hac disputatione de fato, casus qui
dam, ne faciem impeditivit. Nam cùm essent in Puteo

Iano, Hirtiusq; noster, consul designatus, iisdem in locis,
vit nobis amicissimus, & his studiis, in quibus nos à pue
ritia viximus, deditus: multum unā eramus; maximè
nos quidem exquirentes ea consilia, quæ ad pacem, & ad
concordiam civium pertinerent, cùm enim omnes post
interitum Caesaris nevarum persubstantiam causa quæci vide
rentur, hisque esse occurrentum putavimus: omnis ferè
nostra in illis deliberationibus consumebatur oratio; idque
& sape alijs, & quadam liberi, quam solet, & magis
vacuo ab interventionibus die, cùm ille ad me venisset, pri
mò illa, quæ erant quotidiana, & quasi legitima nobis,
4. de pace, & de otio. Quid ergo? inquit
ille, quoniam orationis exercitationes non tu quidem, ut
spero, reliquisti, sed certè philosophiam illis anteposuisti,
possimne

1. *Via pertinet ad mores, quos h̄ḡ illi vocant.*] Est à mīli nostris;
Q; si maius q; dudum editione sua Perrus Vict. Palatinus: ego usq;
sum r̄bus. Gulielmus variantes lectiones adscripsit marginib; bas; &
libr. S. V. & Cor. s. Francisci Pitheti, & Francisci Fabricii, vulgata le
tio habet, quæ h̄ḡ Graci vocant.

2. *Appella emeralda.*] Pal. loc. & S. Victor. morabilem, quod, quam
via non probem, l̄bus ramen ind̄cate, quippe secundus ille nullus,
quantivis est pretius, præ alijs duobus quibus utor.

3. *Quam *dei doctri* Ph. losphi appellari.*] Dictionem Philoso
phi reddimus auctor, sicut Pall. & P. aque S. V. ex his buiique editione
sua Victor. infinitas & incredibilis diligentia vir.

4. *De pace & otio.*] Quibus alijs. Quod? Hæc est lectio Pal. prim. edi
tionis Victor. & aliorumque, nam ceteri mīli. Quibus accipi. O
mnis tamen omiserantilla vulgata, diffusa sunt; quæ in Lambinianis
ac Brucianis.

1. Rhetor.